



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XCI. Ritter Gebhard von Alvensleben resignirt die Kapelle zu Klein-Emden
dem Kloster zu Alt-Haldensleben vor dem Markgrafen Otto von
Brandenburg, dem Grafen der Gegend, am 5. April 1260.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

berc, G. Wederde et G. Filius suus, R. de Cerëvift, R. de Vrifach, Otto Glucer, Johannes de Hardeldorp, Otto de Hendorp, Henricus Ber, milites et alii plures. Et ne hec cuiquam futuris temporibus veniant in dubium, presentes literas conscribi et nostro et illustris Principis Domini Ottonis Marchionis Brandenburgici et Domini Wolteri de Arnesten Sigillis fecimus roborari. Data sunt hec Strucebere in Domo Fratrum predicatorum, Anno Domini M^{CC}LIX., V. Idus Decembr., Pontificatus nostri Anno septimo.

Aus König's Spicileg. ecclesiae Thl. I, Forts., Anh. v. d. Erzstifts S. 35. 36, mit Verbesserung augenscheinlicher Fehler.

XCI. Ritter Gebhard von Alvensleben resignirt die Kapelle zu Klein-Emden dem Kloster zu Alt-Haldensleben vor dem Markgrafen Otto von Brandenburg, dem Grafen der Gegend, am 5. April 1260.

Omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis Genehardus de Aluensfleue miles salutem cum suo obsequio pronitatis. Notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod ego, assistentibus heredibus meis et consencientibus, de proprietate mea Capellam in parua Emmede cum suis attinenciis monasterio in veteri haldeffloue contuli eo iure, quo ipsam possedi, et in manu domini Ottonis, Marchionis Brandenburgensis, in cuius comitia extitit, ad usus monasterii resignavi, qui ipsam eidem monasterio in continenti per fratrem henricum de Jericho ordinis predicatorum transmisit hoc pacto, quod eadem capella auctoritate dyocessani episcopi, qui super hoc dedit litteram, frangeretur et pro ea Abbatissa monasterii in sua ecclesia altare, ad quod semel in septimana missa pro defunctis cantetur, construere teneretur. Pertinent autem ad predictam capellam tres mansi liberi in Emmeden memorato, de quorum uno non datur decima, que tamen de reliquis duobus perfoluitur, et quatuor aree preter illam, in qua capella constructa, que est quinta. Existit item in sehufen unus mansus, qui soluit decem solidos, et in bredenstede unus, qui quatuor, et in pozmestorp unus, qui duos reddit. Ne uero quod sic provide factum constat, posteris uertatur in dubium, presens scriptum super hoc rite confectum duxi sigilli mei munimine roborandum. Datum Aluensfleue, anno domini millesimo CCLX^o. Nonas Aprilis.

Nach einer vom Pastor Behrends zu Nordgermersleben mitgetheilten Abschrift aus dem Althaldenslebenschon Copialbuche. Vergl. einen von Wohlbrück gefertigten Extract dieser Urkunde aus einer Copie derselben im Salberstädter Domarchiv in Wohlbrück's Gesch. Nachrichten von Alvensleben I, 63.

XCI. Paps Alexander trägt, durch Bitten der Herzoge von Polen veranlaßt, dem Markgrafen von Brandenburg auf, den Oberbefehl über das Kreuzheer gegen die Tataren zu übernehmen, auch sich der Kreuzpredigt für den Orden in Preußen nicht zu widersehen, am 9. September 1260.

Alexander, episcopus servus servorum dei, Dilecto filio nobili viro Marchioni Brandenburgensi Salutem et apostolicam benedictionem. Vix absque lacrimis meditari uel